



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Christus
non annu-
ciavit tan-
tum, sed
remisit
peccata.

erat cur Pharisaei eum blasphemiae accularent; Nam ut Propheta de voluntate Dei certus, id facere poterat; nec enim Nathan cum diceret Dauidi: *transiit Dominus peccatum tuum*, vel à rege, vel à populo est accusatus blasphemiae. Hæc igitur interpretatio, omnibus Patribus repugnat, fauet Arianis, & textum evertit. Patres enim contra Arianos Christi diuinitatem ex potestate remittendi peccata asseruerunt. Quantum vero præsidium Arianis in Calviniana interpretatione sit, quis non videt. Non enim sequitur Christum Deum esse, quod annunciat Deum illi peccata sua remittere. Id enim & homo potest. At Christus Dominus in saculo demonstrat, filium hominis habere potestatem in terra remittendi peccata, quæ responsio euuanda est, si de annunciatione sola loquitur.

§. 2. Calvinus lib. 3. c. 4. 35. *Audit paralyticus surge, remittuntur tibi peccata tua: pena non imponitur.*

Pena post
peccata re-
missa ma-
net tempo-
ralis.

Respondeo. An sit imposta pena iudicare Calvinus non potest, quia in scriptura non dicitur. 2. Ille ad fidem conuersus & baptizatus est, nos vero in illa regeneratione, culpam omnem & penam abolere docemus. 3. Christus remittere solet omnia, nos non iam eodem modo, sed ratione præscripta neque nos dicimus post omnem peccatorum remissionem manere penam, crebro ea est caritas, aut contritio, ut omnia simul remittantur. Ipsum autem animo dolorem de peccato concepisse certum est. Alia porro est ratio remittendorum peccatorum qua Christus tanquam summus iudex propria autoritate utitur, alia, qua sacerdotes uti ministri & vicarij modo præscripto, & ad Sacramenta alligati, ille Dominus est, nos ministri, & lege eius attriti.

Curandus
fidem non-
dum habet

§. 3. Wolfgangus Musculus, ait, Peccatorem curandus non vocari filium, tunc igitur nondum habuit fidem iustificantem, si curandus erat, nam ut illi de cent, fide operi seft vt curetur, cum illa adest, iam curatus est: credi enim vere, ut illi putant, se curatum. Pergit Musculus: [Deinde notandum hoc loco, quod non dicit, satis fecisti iam pro peccatis tuis, aut satisfacies pro peccatis tuis: sed, remittuntur peccata tua. Quibus verbis omnem satisfactionem pro peccatis tulit, & totum gratia assignauit. Quis enim non videt, agrotum hunc magno illo modo quo laborabat, pro peccatis suis non satisfacisse, aut illa iam deposuisse, sed adhuc fuisse in peccatis? Nam aliqui male dixerunt Christus: Remittuntur tibi peccata tua, si iam pro illis satisfacisset. Si ergo neque magnus ille morbus peccata diluit, qui tamen propter peccata illi erat inflatus, quid operis potest fieri à nobis, quo peccata diluantur? Ergo necessario remissio peccatorum est ex sola gratia Dei.]

Peccator
nemopro
peccato
condonan-
do satisfacit.

Ingeniose constituit sibi thema contra quod argumentetur. Nemo orthodoxus sinit peccatorem pro peccato condonando satisfecere, neque negat merita gratia peccata remitti. Nulla morbis, nulla mortis acerbitas facit, ut dolores peccatoris satisfaciant pro peccato, sed nec ullum opus peccatoris fieri, aut fingi potest, nisi vnus mediator Iesu Christi actiones & passionibus, quibus satisfieri possit. Hominum tamen iustorum bona opera, ex gratia procedentia, pro peccatorum temporali pena ex Dei acceptatione satisfaciunt, ut docuerunt, non modo nostri sacerdotes, sed antiquissimi sacerdotum nostrorum Doctores. Penam enim manere remissa culpa nos docuit S. Aug. tract. 72.7. in Ioan. Hanc itaque vitam de qua scriptum est; Nunquid non tentatio est vita humana super terram, in qua quotidie clamamus ad Dominum, libera nos à malo, cogitur homo tolerare etiam remissum peccatum: quamvis ut in eam veniret miseriam, primum fuerit causa peccatum. Produciior est enim pena quam culpa, ne parua putaretur culpa si cum illa finiretur & pena. Ac per hoc vel ad demonstrationem debita miseria,

Pena ma-
net remis-
sa culpa.

72.7. in Ioan. Hanc itaque vitam de qua scriptum est; Nunquid non tentatio est vita humana super terram, in qua quotidie clamamus ad Dominum, libera nos à malo, cogitur homo tolerare etiam remissum peccatum: quamvis ut in eam veniret miseriam, primum fuerit causa peccatum. Produciior est enim pena quam culpa, ne parua putaretur culpa si cum illa finiretur & pena. Ac per hoc vel ad demonstrationem debita miseria,

vel ad emendationem labilis vite, vel ad exercitationem necessariam patientia, temporaliter hominem detinet pena, etiam quem iam ad damnationem sempiternam reum non detinet culpa. Quod si etiam vetustam Ecclesiam cori suetudine in fastidationibus intelligere vult, non suos gregales quibus nil nisi blandum sapit, sed Cyprarum. Ep. 10. 11. 12. alijsque locis consulat, & quid à penitentibus Ecclesia illa requirerit, animaduertat, ut discipline rigorem, quo Catholica Ecclesia mores tuetur, calumniari desinat.

VERSUS 3.

Et ecce quidam de scribis dixerunt
intra se, Hic blasphematur.

QUESTIO I.

Quomodo hoc loco probetur diuinitas Christi?

§. 1. Blasphemie Dominum accusant, in eum semper blasphemari. Est quidem *blasphemia*, ut dicitur, *quædam lacerare, detrudere de alio*, item impie loqui apud Platonem in Alcibiade; verum hic & in scriptis proprie est, Deo tribuere quod illius maiestati aduersum est, aut creatura tribuere, quod Dei proprium est. Cum ergo verus Deus esset Christus non potuit blasphemari, cum sibi id quod conueniens erat assignat. Non dubium est potuisse Christi verba ita accipi, ut plene non remitteret sed Deus Pater. Dicit enim, remittit tibi; quod sic interpretari licet poterant, à Deo internuncio Christo, cui id Deus reuelasset, atque ita Piscator interpretatur, annuncio tibi remissionem. Sed constat Christum eo modo locutus, ut clare intelligeret, sua ipsam autoritate peccata dimittere. Atque hoc ipsum indicat responsio, & miraculum eo nimis probat, emittere se peccata potest. Concludebat & hoc Nouatianus adhuc Catholicus. I. de Trinitate. *Qui legunt ergo hominis filium hominem Christum Iesum legant hunc eundem & Deum, & Dei filium nuncupatum. Nam quomodo quæ homo ex Abraham, sic est etiam quæ Deus, ante ipsum Abraham. E. Tertullianus Apologetico aduersus gentes. Quæ igitur solum hominem modo præsumpsit de humilitate, sequebatur uti magnum est, marient, de potestate. Cum ille verbo demonibus excuteret, cæcos relinqueret, leprosos purgaret, paralyticos restringeret, mortuos denique verbo redderet vita, elementa ipsa famularer, compescens procellos, & freta ingrediens, ostendens se esse verbum Dei, id est, & cetera, illud primum ale progenitum, virtute & ratione commutatum, & spiritu instructum, eundem qui verbo omnia & faceret & fecisset.*

§. 2. Probat etiam se Deum, quia cognitor cordium est. Pharisæi enim erant, qui tacitis eum cogitationibus accusabant, *etiam in eorum dicebant intra se*. Itaque nouatorum nonnulli locum pulcherrimum pro diuinitate Christi deprauant, cum vertunt, inter se, quasi hac de re inter se habito sermone disceptarent. Et alii posse accipi, inter se murmurasse, eos refutat Gæus textus, in eorum, & nos cum vertit, intra se. Et clausula in Marcus c. 2. 6. & sequentibus. Hebraismus autem est, in Ps. 45. & 10. d. cum illi *בְּקִרְבָּם* Bekirbâ & *בְּדַמְּבָם* Belibbâ. in medio, in corde suo. Syrus hoc loco *בְּקִרְבָּם* Benaphshebun. in anima sua. Hi non eadem maiestatis potentia, qua cogitationes cognosco, etiam peccata dimittit. Tert. de pudicitia. Habeo etiam nunc quo probem Christum si propterea Christus in martyre est, ut machos & formicarios martyr absoluat, occulta cordis edicat, ut ita delicta concedat, & Christus est. Sic enim Dominus Iesus Christus, potestatem suam ostendit: Quid cogitatis neque à in cordibus vestris? Quid enim facilius est dicere paralytico, dimitte tibi peccata tua.

Non igitur hoc testimonium prætextu elegantie è manibus extorquendum est. Apud Marcum est suo spiritu: itaque ex sese cognouit, Deus ergo su.

Q. E.

QVÆSTIO II.

An sacerdos remittere peccata possit?

§. 1. **P**iscator, [Quum remittere peccata sit proprium opus Dei: sacrilegium igitur committit Papa, quod hanc potestatem sibi arrogat. Quod autem Christus ministris verbi dedit potestatem remittere peccata, Joh. 20. v. 23. id intelligendum est de annunciatione remissionis peccatorum ex mandato Dei: qui mandauit, ut ministri verbi omnibus ac solis respicientibus, & in Christum credentibus remissionem peccatorum certo annuntarent ipsius nomine.] Respondet cogitare Piscatorem mala in corde suo, ut cogitant Iudæi. Nam Papa eo modo sibi potestatem datam intelligit, qua Christus dixit: Quorum remiseritis &c. Ioan. 20. v. 23. Quod ait ille mandatum, ut remissionem peccatorum annuntiarent, glossa est Caluiniana, non Christi mandatum.

In sacerdote non agnoscere ministerium, in Deo autem agnoscere auctoritatem supremam, ipse quoque calumniosus sacerdos non ignorat. Non igitur diuinum honorem ambit, qui munus acceptum, non autem aliquid diuinum exequitur. Verum hac de re sermo erit cum Ioannes exponetur. Id solum moneo, non mirum esse, si Piscator munus annunciantis remissionis tantummodo nobis reliquum faciat, cum Christoid solum tribuat, ut in precedentibus ostensum est. Non ignoramus quod Chrys. ait hom. de ieiunio. *ὁὐκ ἂν ποτὶς (ἱερεὺς) παρέχει τὴν ἀφεσιν τῶν ἀμαρτιῶν, ἀλλ' ὁ μόνος ἀρχιερεὺς Χριστός.* Non ipse sacerdos tibi prebet remissionem peccatorum, sed magnus Pontifex Christus. Non negat sacerdos remittere, sed discrimen inter eum qui minister est, & Deum qui Dominus est. Non tamen annuncians tantum, sed instrumentaliter agendo remittit. Optime Nyssenus in oratione de reprehensione. *ὁ Χριστὸς διὰ τῶν ἐκκλησιῶν τοῖς ὑποκόποις τὴν κλῆδα τῶν ἐπουρανίων τιμαῶν. γίνωσκε ὅτι λυθεὶς, λέλυσαι, καὶ δεθεὶς τοῖς ἀρχιερεῖς δεσμεύεις καὶ λύεις.* *Θεὸν γινώσκοντες κελαιόθυτοι σιτὰ ἀσβεστομένην.* Dominus Christus per Petrum dedit Episcopis elatent, supercelestium preciorum. Cognosce te absolutum, si absolutus (subaudi ab Episcopo) Et ligatum, si vinculis inuisibilibus impediaris. Moriens cognosce, tibi clausa esse, quæ sunt reposita. Non igitur clausi, vincula, ligatio, solutio, ad solam annunciationem restringenda sunt.

VERSUS 4.

Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit, ut quid cogitatis mala in cordibus vestris.

QVÆSTIO I.

An mala cogitationes eorum?

§. 1. **E**rtare eos docui, qui superiori versu illa verba, *ἀπὸν ἐν εἰσὶν αὐτῶν*, interpretati sunt, quasi inter se collocuti essent, nondum enim in verba proruperat malitiosa suspicio, id adeo nunc clarius intelligitur, cum Dominus non verba sed tacitas cogitationes accusat. Videbat enim reconditis animo & latentes criminationes, quas vocat *ἐνδομήστεις*, eo quod in animo lateant: & ait *ὅτι ἐνδομήστεις ἐν τοῖς καρδίαις ὑμῶν*. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Non desunt etiam Pharisæi sui defensores, cum enim Deum esse Christum ignorarent, & tamen peccata remittere viderent, quod solius Dei est: Isaia 43. 25. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas: non mi-

Adami Conzen. in Euang. Tom. I.

rum est, si cogitationes illæ inciderent de blasphemia. Sed nihil eorum, quæ de eorum defensione dicuntur audiendum est: Inspector cordium, cogitationum cognitor, immutabilis iustitiæ edicto eos damnauit.

§. 2. Quid quisque eorum cogitaret, nouit ille, qui iudicauit. Tria tamen præcipue in hoc eorum iudicio culpanda se offerunt. Primum est *περονία* siue velox in malum celeritas, ut remere iudicent, non quæuis de plebe hominem, sed eum, in quo nullum peccatum notare poterant, quem sanctissimæ doctrinæ ergo omnes venerabantur, qui tot miraculis illustris, diuino testimonio dogmatum veritatem obsignarat. Cognoscere ergo, & interrogare oportuit, qua auctoritate id faceret, non damnare inauditum. Alterum est, quod ex primo colligitur, eos inuidia, æmulatione, alijsque prauis affectibus iudicasse. Qui enim cito damnat, libenter damnat: & odij signum est, cum sententia ita præcipitur, ut antequam examen & cognitionem. Odisse autem constat ex v. 10. ubi reprehendendi occasiones vestigant. Itaque & hic impio iudicio damnabant, eum blasphemiam & diabolicam *ἡντοῦ γενναίου*, seu gaudio ob malum, exultabant, & gratulabantur eum in peccato deprehensum. Tertium est, quod iam animo iudicauerunt, Christum non esse Deum. Quamuis enim admittamus, eos vel omnes, vel quosdam fuisse excusatos, quod fide imperfecta nondum Deum esse Christum crederent. Non tamen pronuntiare debuerunt Deum non esse, Deum esse non posse. Cui enim se Christum esse profiteretur, & in veteri scriptura Christus Deus esse dicitur, magnæ temeritatis fuit, contrarium iudicasse. Aliud est enim dabitur inter initia doctrinæ, an Iesus sit Messias: an Messias sit Deus? Aliud vero pronuntiare, nec Messiam esse, nec Deum.

QVÆSTIO II.

An hinc Christi diuinitas probetur?

§. 1. **S**olius Dei est remittere peccata, cogitabant illi: Hic autem Deus non est. Christus violentum in ipsos retorquet. Solius Dei est, occultos animorum recessus, cogitationes cognoscere, illæ in conspectu meo sunt. Deus igitur ego sum. Hæc etenim vis eorum verborum, quibus eos & malitiæ, & erroris contumit. Id indicauit S. Athanasius homil. de semetipso: *Quid cordium cognitori ostenditis, quæ ab ipso videntur? Nonne subinde experimento percipistis, eum mentium cogitata intelligere? Non ille, qui dixit, Quid cogitatis mala in cordibus vestris, intelligit cogitationes animorum? scilicet spicarum confricationes non videbat, nouit ille & admirandus mortuus, liber inter mortuos.* Id quoque S. Aug. l. 15. de Trinit. c. 10. indicat. Simulque ostendit, Deum intelligendo dicere; nam hi quoque dixerunt cogitando. *Quid est enim dixerunt intra se nisi cogitando? Et quale est in libro sapientiæ: Dixerunt cogitantes: Tale est hic, cogitauerunt dicentes. Et illic enim & hic ostenditur, intra se, atque in corde suo dicere, id est cogitare.*

S. Athanasius ex modo sanandi, & respondendi Christi diuinitatem etiam asserit, disput. de Synodo Ariminensi & Selanciana. Verba eius, alioqui insignia, apponem. Et de Patre quidem ita scriptum est. *Dominus Deus tuus vnus Dominus est, & Deus Deorum locutus est: & vocauit terram: Et de Filio vero, Deus Dominus apparuit nobis & videbitur Dominus Deorum in Sion: Et rursus ita loquitur Deo Esaias, Quis Deus vt tu, tollens iniquitates, & transmittens iniustitias? Filius vero quos pollicetur ita allocutus est. Dimitte tibi peccata tua. Quo tempore Iudæi murmurantibus respondit illa peccatorum condonatione, dicens paralytico, Surge, tolle lectum tuum, & ad domum tuam. De Deo quidem ita scripsit Paulus, Regis saculorum: De Filio vero ita cecinit Dauid.*